



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi
Thomae tomi quinque**

Priorum vigintisex Quaestionum eius Partis expositionem complectens

Suárez, Francisco

[Köln], 1617

Facultas R. P. Provincialis Provinciæ Rhenanæ Societatis Iesv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93775](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93775)

FA CVLTAS R. P. PROVIN-
CIALIS PROVINCIÆ RHENANÆ
SOCIETATIS IESV.



Vm sacre Cæsaree Maiestatis Decreto, om-
nibus, & singulis Typographis, & Bibliopo-
lis, ac aliis, quamcunq; librariam negotiatio-
nem exercentibus, serio firmiterque inhibea-
tur, ne quisquam vlllos libros a nostris Patri-
bus hactenus editos, vel in posterum eden-
dos, intra sacri Romani Imperij, Regnorum
& Dominiorum suæ Cæs. Maiest. hereditariorum fines, simili
vel alio characteris genere, aut forma, siue in toto, siue in parte
recudere, vel alio recudendos mittere, aut alibi etiam impressos
adducere, vendere & distrahere, clam seu palam citra iudicium
ac testimonium supradictorum Patrum, audeat vel præsumat:
*Concedo ego Theodorus Busius Prouincialis Prouinciæ Rhenanæ Societatis
IESV, Arnolde Mylio Typographo Colonienfi, facultatem excudendi & dis-
trahendi Tomum primum Commentariorum in Tertiam partem D. Thomæ
R. Patris Francisci Suarez Societatis eiusdem. In cuius permissionis fidem ma-
nu propria his subscripsi. Moguntia X. Decembris Anni. M. DC. IV.*

C E N S V R A.

C Raviſſimi ac ſapientiſſimi Doctōris P. Franciſci Suarez Societatis IESV, Diſpu-
tationes & Commentaria Tomi primi in Tertiam partem D. Thomæ ſedula, qua
potui, euolui diligentia: in quibus talis ſententiarum vbertas, inſignis reſolutio, mi-
ra eruditio, tum etiam & inuſitata quedam rerum varietas elucet, vt tanto viro, tanta indu-
ſtria, tanto denique ingenio dignæ cenſeantur. Ex quo facile deprehendi poteſt in eis non ſolū
nihil diſſonum, verum potius multæ rationi, ſacrarumque literarum veritati conſona inueniri:
quæ ſim mediam lucem producantur, maximum ſunt Scholaſticis & diuinorum librorum Pro-
feſſoribus commodum, & vtilitatem allatura. In hoc Cœnobio noſtro Patris noſtri D. Auguſtini,
Mantue Carpentanæ, pridie Iduum Nouembris. Anno M. D. LXXXIX.

Fr. Gabr. Pinelus.

ALTERA CENSURA.

I N his quæ addita ſunt ad tertiam Partem D. Thom. à P. Franciſco Suarez
Societatis Ieſu, in Academia Salmanticensi Sacre Theologiæ Profeſſo-
re, nihil inuenio, quod ſanæ doctriinæ aduerſetur, ſed quod potius doctis
Theologis vtile & gratum poſſit eſſe: quapropter in eorum vtilitatem
imprimenda cenſeo, Madriti, Nonis Iulij. 1595.

Petrus Lopez de Montoya Doctōr
Theologus,

)?(2

ILLV-5